

Occasionalia W-179.
potissimum carmina
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.



QVVM

PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMVS
DOMINVS

DOMINVS HENRICVS A BVNAV

DYNASTES PREZSCHAE GELNIZI
ET MAGNI TAVSCHVIZI

IN

POTENTISSIMI POLONIARVM
REGIS ET SAXONIAE PRINCIPIS ELE
CTORIS SENATV AVLICO CANCEL
LORVM PRAESIDIS VICEM GERENS
HEROS VIRTVTVM MERITORVM
QVE COPIA ET FASTIGIO MAXIME
SVSPICIENDVS
SEDEM

IN INTIMO AC SANCTIORI STATVS
SENATV CLEMENTISSIME SIBI ATTRI
BVTAM OCCVPARET

DE

TANTI HONORIS ACCESIONE
PIE ILLI RELIGIOSISSIMEQVE
GRATVLATVR

ACADEMIA VITEMBERGENSIS

Gaudete ! nostris dat precibus
DEVS

Aureis fauenteis: in Procerum choro
BVNIVS uiuit , recenti,
Vt meritis, et honore crescit.

Quantum probauit rebus in arduis
Sele fides ac dexteritas Tua,
ILLVSTRIS HEROS, quanta pree-
ftas

Commoda Saxonicae Themisti ?

Haec laeta rerum cursibus occupat
In Saxonum aruis figere proprias
Sedes, et alto ridet omneis
Tuta superciliosus tremendi

Orci furores. Hinc scelus, et nefas
Dirum, facessas, proficiunt nihil
Turbae, tumultus, bella, caedes,
Qualque alias meditaris artes.

Fructus aratri uillicus asperi,
Spe nixus, almo cernit in otio
Flauescere, ac coctos acuta
Iam properat resecare falce.

Mercator ample iactitat in foro
Merceſ emendas, ac numerat graui
Pugno, latrones nil timet cens,
Arte ſua cumulata, lucra.

Tranquillitatis Pierides ſuae
Tributa foluunt, ac choreas agunt,
Valde aridis quamuis miſellae
Montibus infideant et agris.

Ad sanctius cum confilium patet
Regis potentis nunc aditus Tibi,
Maiora multo pollicemur
Tempore Saxonibus futuro.

Nam partieris non modo ciuibus
Sic iura saluis, inspicies quoque
Arcana Regis sanctiora,
Consilioque graui iuuabis.

Proh! quanta tendes robora corporis
Ac mentis, ausis ut facias fatis
Regis Tui, noctes, diesque,
Sedulus inuigilans labori?

Det praepotentis gratia Numinis
Vt multa serues secula creditas
Diuinitus dotes, nec unquam
Turbine commouearis ullo.

Quantos triumphos Leucorides agent,
Hoc impetrato? carmina quae canent?
Tum flos uigebit literarum,
Barbariem iuga panda cingent.

VITEMBERGAE LITERIS CHRISTIANI SCHROEDERI ACAD. TYP.
ANN. R. S. clo 10 C.C XVIII.

ULB Halle
004 527 771

3



TA → 06
nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18
VIDT





QVVM
 PERILLVSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMVS
 DOMINVS
DOMINVS
HENRICVS
A BVNAV
 DYNASTES PREZSCHA
 ET MAGNI TAVSC
 IN
 POTENTISSIMI POL
 REGIS ET SAXONIAE PRI
 CTORIS SENATV AVLIC
 LORVM PRAESIDIS VICEM
 HEROS VIRTVTVM M
 QVE COPIA ET FASTIGIO
 SVSPICIENDV
 SEDEM
 IN INTIMO AC SANCTIO
 SENATV CLEMENTISSIME
 BVTAM OCCVPARET
 DE
 TANTI HONORIS ACC
 PIE ILLI RELIGIOSISSIN
 GRATVLATVR
 ACADEMIA VITEMBE

